



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. IV. De ipso parta divino, déque Christi Domini Parentibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

in uniuersis regnis. Nam humili hoc praesepio recubuit ille Dominus, cuius Salomon mediastinus & atriensis fuit famulus, etc. equorum curulum quadraginta millia praesepia, & duodecim millia equestrum habuerit. Hic verus ille Salomon, etc. ecce plus quam Salomon hic, qui e suo isthoc folio mundum uniuersum docet veram sapientiam, hoc est, paupertatis & humilitatis amorem. Hoc folium hoc praesepio Domini, quod choreae Angelorum cingebant, longè superat illum Salomonis lectulum, quem sexaginta fortes ex fortissimis Israel ambebant. Lectulus, in quo Salomon noster accubat, mens est humana, sed munda. Hic suauiter quiescit Rex ille, cuius deliciae sunt esse cum filiis hominum. De fortissimis huius lectuli custodibus vates Hebraeus canit: Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis; in manibus portabunt te. Ut gratum hunc lectulum omni iure occuparet Puffo Coelestis, prius collocari voluit in duro lectulo praesepis.

Has ego Domini cunas longissimè praetulerim illi Salomonis ferculo de lignis Libani facto, quod columnas habuit argentaeas, reclinatorum aureum, ascensum purpureum. O Domini praesepis palea, o semeti straminis culmi & stipulae rosae & liliis omnique florum familia praestantiores! aurum obryzum & recostum ad has stipulas lutum est.

a Funebrem Regis Afa lectum aromatibus & unguentis plenum pigmentariorum arte confectum considero, & confer eum hoc lectulo tui Domini inter factores strato.

b Otho Imperator Romualdi cellulam non tantum subire, sed etiam in Romualdi paupere rigidòque lectulo jacere voluit. Res magnè in vili lecticulà Cæsar Romanus, sed longè quàm major in praesepi Deus.

Franciscus Assisius cum super mensam legi audisset illud, Reclinavit eum in praesepio, quia non erat ei locus in diversorio, mox mensa relicta surgens & hami confidens. Numquid ego, inquit, hominum vilissimus, peccatis plenus, inutilis servus ad mensam sessitabo, cum Dei mater in stabulo, cum mundi Dominus in praesepio paupertatem & patientiam nos doceant? Ita abjectus in terram non sine gemitu, mendicatum panem comedit.

Eant nunc & inhiènt struendis opibus vani mortales; dilateat philacteria sua & magnificènt fibrias; amant primos recubitus & primas cathedras. Hoc sibi solum, recubitum hunc inum, hanc cathedram elegit Dei filius. Post certos annos in altiore quidem, sed simul humiliorè cathedrâ docturus.

CAPVT IV.

De ipso partu diuino, deque Christi Domini parentibus.

DE figuris, de tempore, de loco Christi Nasciturum diximus. Ab ordine jam ducimur, ut de partu ipso & parentibus dicamus.

§. I. De verbis Lucae: Et peperit filium suum primogenitum.

Obtupescendum mysterium, Virginis partum beatus Lucas memorat his unis uoculis: Et peperit filium suum primogenitum. Peperit, sed modo admirabili & planè nouo, & quem ipsa obtupescat Natura. Peperit ergo sine gemitu, sine dolore, qui in aliis parturientibus semper maximus, ob illam impreca-tionem diuinam: Multiplicabo erimmas tuas, & coeceptus tuos; in dolore paries filios. Rectè beatissima Virgo sine dolore peperit, quia ubi voluptas, inquit Nyssenus, partum non ansecit, neque dolor subscurus est. Verum quos

Tom. II.

A in partu dolores effugit, ait Damascenus, Passionis tempore sustinuit.

Peperit Virgo diuina sine ullis omnino fordibus, neque enim secundas emisit, neque sanguinem, qui eas solet sequi, effudit. Purissimus fuit hic partus, qui & tantam filii dignitatem & puritatem matris deceret. Id Gregorius Nyssenus indicans Quod ex muliere, inquit, nascitur, humilitatem redolens, quod vero ex Virgine, hominem transcendit: huius iucunda portatio, partus facilis & cum gaudio, absque corruptelâ Natiuitas. Omnis proles matris suae ante partum oneri est, in partu dolori, post partum cura ac labori. Christus suae Matri, antequam nasceretur, magno leuamento, natus, maximo gaudio; post Natiuitatem, inexplicabili fuit solatio in omni labore ac dolore.

Sine fordibus, Plinius sexcentis locis secundas vocat, alii secumadas, Christum matris suae inexplicabili fuit solatio Non desit esse Virgo.

Peperit Virgo diuina, nec Virgo esse deluit. Et uti Christus januis clauis ad discipulos ingressus, & obserato tumultu egressus est, ita & Beatissimae Virginis visceribus, tamquam per hortu oclusum, prodit, clauso matris utero. Fo. tasse ab Angelis, quod supra demonstratum est, exceptus, & in matris brachia repositus. Quod D. Leo confirmans, Non hic cogitur, s. Leo ser. 2. inquit, parturientis conditio, sed nascentis arduum. Venit enim Dominus Iesus & Christus contra nostra auferre, non perperit, nec succumbere vitis, sed mederi. Propter quod oportuit ut nouo nasceretur ordine, qui nouam impollute sinceritatis gratiam humanis corporibus inferebat.

Christus matris suae inexplicabili fuit solatio Non desit esse Virgo.

Hic disertissimè Gregorius, Fides, inquit, non habet meritum, cui humana ratio praesens experimentum. Haec ipsa Redemptoris nostri opera, quae ex semetipsis comprehendere nequaquam possunt, ex aliâ eius operatione pensanda sunt, ut rebus mirabilibus fidem praedant factâ mirabiliora. Illud enim corpus Domini intravit ad discipulos januis clausis, quod videlicet ad humanos oculos per Natiuitatè suam clauso exiit utero Virginis. Quid ergo mirum, si clausis januis post resurrectionem suam, in aeternum jam victurus intravit, qui moriturus ueniens non aperto Virginis utero exiit? Virgo igitur ante partum, in ipso partu, & post partum permanens, quod prodigiolo triplici lilio commonstratum, in rebus gestis beati Aegidii memorat notus Diuorum encomiastes. Sed ego arcanum Virginei partus reuerenti potius silentio quàm dictioe nimis impari venerabor. Iacobus Sannazarius elegans Poëta, Virginis partum poemate non admodum longo, sed terso coluit. Verum in eo elaborando ipsos viginti annos consumpsit. Quid propterea calamus de tanto mysterio dignum eloquatur impolito stylo? Ergo hic ego fileo, & ad alia transeo.

Greg. Hom. 26. in Eoan.

§. II. De verbis Ioannis: Et Verbum caro factum est.

Anctus Ioannes Apostolus, inquit Augustinus, non immerito secundum intelligentiam spiritalem aquila comparatus, alius multo què sublimis aliis tribus crexit predicatione suam, & in ejus erectione etiam corda nostra erigi voluit. Nam ceteri tres Euangelistae, cum Domino tanquam cum homine in terrâ ambulabant, de Diuinitate eius pauca dixerunt: istum postolus autem, quasi pignerit in terrâ ambulare, sicut ipso exordio sui sermonis innotuit, crexit se, non solum super terram, & super omnem ambitum aëris & cæli, sed super omnem etiam exercitum Angelorum, omnemque constitutionem invisibilem potestatum; & peruenit ad eam, per quem facta sunt omnia, dicendo: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Hinc tanta sublimitati principii etiam congrua predicauit, & de Domini Diuinitate, quomodo nullus alius est locutus, hoc ructabat quod uiberat.

Surius in uita B. Aegidii, qui factus fuit D. Francisci, tom. 2. die 25. Aprilis.

Erat aeternum Verbum in celsissimo sinu Patris, quod humi repens homo ascendere non ualebat; quid non ualebat homo ascendere, incarnatum Verbum usque ad praesepio brutarum animalium.

Aug. tom. 9. tract. 36 in Ioan. initio mibi p. 113. Cur S. Ioannes Ap. postolus Aquila est comparatus. Ioan. 1. r. v. 1. 2. & 3.

Da 3

Vt homo possit ascendere in celum incarnatu est Verbum.

manu descendit. Frat inter Verbum divinum & vilitate humanam infinitè major, quam inter calum terramq, distantia, quam inter carnem animamque discrepantia, & tamen divina sublimitas & humana vilitas, in uno eodemq, homine, in unitate, ut loquuntur Theologi, personam non convenerunt tantum, sed quodammodo coaluerunt. Magnitudinem hujus Verbi nec amplissima terra capere, nec immensam celum comprehendere potest. In principio erat Verbū, & Verbum erat apud DEVM, & DEVS erat Verbum. Hoc enim animalis homo non percipit. Quid ergo, fratres? Silebitus hinc? Quare ergo legitur, si silebitur? aut quare auditur si non exponitur? Sed & quid exponitur, si non intelligitur? In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Susceperat pacem mons iste, contemplantur divinitatem Verbi. Quasi iste mons erat? quam excelsus? Transcenderat omnia cacumina terrarum, transcenderat omnes campos aëris, transcenderat omnes altitudines siderum, transcenderat omnes choros & legiones Angelorū. Nisi enim transcenderet ista omnia quae creata sunt, non perveniret ad eum, per quem facta sunt omnia. Non potest cogitare quid transcenderit, nisi videatis quo pervenerit. Queris de caelo & terra? facta sunt. Queris de his quae sunt in caelo & terra? utique multo magis & ipsa facta sunt. Queris de spiritalibus creaturis, de Angelis, de Archangelis, Sedibus, Dominationibus, Virtutibus, Principatibus? & ipsa facta sunt. Nam cum enumeraret haec omnia Psalmus, conclusit sic: Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandavit, & creata sunt. Si dixit, & facta sunt, per Verbū facta sunt. Si autem per Verbum facta sunt, non potest Joannis cor pervenire ad id quod ait. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, nisi transcendisset omnia quae sunt facta per Verbum.

Psal. 148. vers. 5.

Isa. 55. v. 9. 10. & 11. Sicut exaltantur caeli à terra sic exaltate sunt viae meae à viis vestris, & cogitationes meae à cogitationibus vestris. Et quomodo descendit imber, & nix de caelo, & illuc ultra non revertitur, sed inebriat terram & insundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti: sic erit Verbum meum quod egreditur de ore meo, non revertetur ad me vacuum, sed faciet quaecumque volui, & prosperabitur in his ad quae misi illud. Aeternum Verbum Christus Dominus velut imber caelo lapsus humani peccatoris terram aridissimam omni frugum genere locupletavit.

Christus velut imber omni frugū genere locupletavit terram humani peccatoris.

Pf. 48. v. 21.

Ut redderetur homini usus rationis Verbum in praesepi se abjecit.

Pf. 72. v. 2.

Hier. c. 11. vers. 19. Ego quasi Agnus mansuetus qui portatur ad victimam.

Totum igitur mare sit atramentum, membrana candidissima sit totum caelum, sint omnium arborum frondes calami, scriptores sint omnes Angeli, hoc tamen Verbū scribendo non poterunt complecti. Consequerunt scribae velociter scribentes prolixiora verba continere ac brevare; ita caelestis Pater Verbum infinitum in humana natura veluti charta pura scripsit, contraxit, breviavit. Clamat Isaïas: Dicit Dominus: 10. & 11. Sicut exaltantur caeli à terra sic exaltate sunt viae meae à viis vestris, & cogitationes meae à cogitationibus vestris. Et quomodo descendit imber, & nix de caelo, & illuc ultra non revertitur, sed inebriat terram & insundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti: sic erit Verbum meum quod egreditur de ore meo, non revertetur ad me vacuum, sed faciet quaecumque volui, & prosperabitur in his ad quae misi illud. Aeternum Verbum Christus Dominus velut imber caelo lapsus humani peccatoris terram aridissimam omni frugum genere locupletavit.

Ergo Deus factus est homo, inquit Augustinus, ut homo fieret Deus. Maximum hoc. Sed & illud dici potest: Deus factus est homo, ut homo prius fieret homo quam Deus. Nam homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, & similibus factus est illis. Quia igitur per efficienam appetentiam jumento similis factus est homo, ut illi redderetur usus rationis, Verbum in praesepi jumentorum sese abjecit, expolitum homini mundum pabulum. Imò, quod omnem admirationis modum & fidem excedit, ut ipso statim principio altissima nobis humilitas instillaretur, en caeli Dominus, jumentorum medius, cuiusvis hominum ultrò sese offerens, Vt jumentum, inquit, factus sum apud te. Huc ideo veni, ut tibi totus serviam, sicut suo servit jumentum hero. Nec meos tantum labores, sed & vitam meam tibi confero. Post annos non multos (expecta paululum) pro te pendebis in cruce victima. Non igitur hoc mihi praesepiolum invidet: Agnus hic jacet pro te jugulandus, * ut liceat tibi vivere. Quid vis amplius? Tuum ego jumentum sum.

A Quid ad haec dicit homo stupidissime? quid conditori tuo respondes? Si quid adhuc hominis habes, hoc dices vicissim: Mi Domine, ut jumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Vt jumentum insipiens sum & laevum, sed tamen paratum obedire, & quodcumque onus mei Domini subire, modò semper tecum sim.

† Ergo Deus factus est homo, imò & jumentum, ut homo fieret & homo & Deus. Verum & infra jumentum quoque vilitatem Rex caeli descendit. Vociferatur olim totis viribus Isaïas: Omnis caro fenenum. Ergo Angelorū panis & factus est fenenum? Bernardus id affirmans, inde est, inquit, quod panis Angelorum factus est fenenum, positum in praesepio, appositum nobis tanquam jumentis. Verbum quippe caro factum est. & juxta Prophetam: Omnis caro fenenum. Ergo cibus hominis mutavit se in pabulum pecoris, homine mutato in pecus. Heu tristis & lacrymosa mutatio, ut homo paradisi accola, terra dominus, caeli civis; domesticus Domini sabaoth, frater beatorum spirituum, & caelestium coheres virtutum, repente se in conversione invenit, & propter infirmitatem jacentem in stabulo, & propter pecorinam similitudinem indigentem feno, & propter indignitatem servitatem alligatum praesepio, sicut scriptum est: In campo & fræno maxillas eorum confringe, qui non approximant ad te. Agnosce tamen & bos possessorem tuum, & o tu asine praesepi Domini tui, ut Propheta Dei fideles inveniantur, qui ista Dei mirabilia sunt praelocuti. Cognosce pecus, quem non cognovisti homo. Adora in stabulo, quem fugiebas in paradiso. Honora praesepium, cuius contempsisti imperium. Comede fenenum, quem panem, & panem Angelicam fastidisti. Sed quanam causa (inquis) tanta defectionis? Profecto quòd homo cum in honore esset, non intellexit. Quid intellexit? Non dicit, non dicamus: Positum in honore, non intellexit quòd limus esset, honoris fastigio delectatus, & continuo in se expertus est, quòd tanto post tempore homo de filii captivitate & prudenter advertit, & veraciter protulit dicens: Qui se putat aliquid esse cum nihil sit, ipse se seducit. Vt dicit, quòd non fuit, qui jam tunc dicitur ei: Quid superbis terra & cinis?

C Comeditur igitur Angeli Verbum de Deo natum, comedunt homines Verbum fenenum factum. Pane suo vivunt Angeli in caelis, & beati sunt: feno suo vivunt homines in terris, & sancti sunt. Fenenum quippe istud de prato Virginis uteri collectum, factum est refectio jumentorum. Verbum ut fenenum fieret, laetavit in Virgine, sol in sidere, artifex in opere.

Nolo haec pluribus, nec li velim, gemmam tam grandem possum autem tam parvo includere. Ergo & hic fileo, atque mysterii magnitudinem silentio testor.

§. III. De gaudio Beatissima Virgini ob Christum natum.

INestimabile prorsus & inenarrabile fuit gaudium hujus verè beatissimae Matris Virginis, cum illum videret ante se infantulum, quem esse Deum certo sciverat, quem modò fasciis ligare, modò brachiis ambire, modò in praesepi reclinare, jam ei oscula libare, jam etiam illis Hieremiae verbis salutare poterat: Nomen tu es Dominus Deus noster, quem expectavimus. Hoc reverà tempore sacrum illud carmen canebat: Magnificat anima mea Dominum, & exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.

Quòd si mulier, cum peperit puerum, Christo teste jam non meminit pressura propter gaudium, quia natus est homo in mundum; quale igitur gaudium illius Matris fuerit, quae sine omni doloris sensu peperit, & reque minime ignoravit, quòd partu hoc uno, per unum hunc filium, omne genus humanum velut denuò pepererit, & repararit ad immortalem in caelo vitam?

Optabat Imperator Rom. Caligula, non homo sed fera, omnem populum Romanum collo & capite stare unico, quod unius demeteret ictus. De Nascens & Morientis Christi gens humana omnis velut unum corpus

corpus, unamq; habuit animam, quia tota simul cum A Christo renata est. Quis audiret unquam tale, ait Isaias, & quis vidit huic simile? Numquid pariter terra in die una, aut pariter gens simul? Verè quemadmodum univèrsam gentem humanam beatissima Virgo simul peperit, ita illam ad supremum iudicii diem unico velut partu effundet terra tot pignoriù pregnans mater. Et quemadmodum tellus post partum tam numerosum die supremo editum in novum sese decorem induet, tamquam si gauderet tot peperisse populos, quos tandiu parturisset, ita Mater Domini summis cumulata gaudiis, & caelestibus delibuta voluptatibus, immensum lætabatur, & Angelorum & hominum ruinas eo unico partu restaurandas.

Ex hoc Mater Domini maximo cumulata gaudio, purissimam animo voluptatem capiebat.

Addenda hinc gaudii augmenta. Angelorù cantus, pastorù cursus, & narratio de eis, quæ viderant, & audierant letissimam. Maria autè conservabat omnia verba hæc cõferens in corde suo. Quis ergo liquide voluptatis torrens in pectus Matris cõlo credendus defluxit, è tot gaudiõrù corviatione increfcens? Manarunt utiq; suavissimè gaudio lacrymæ. Ita Divinù Verbum Virgo beatissima utero semel concepit, corde autem sæpius divina verba, cum ab Angelis, tum ab aliis prolata. Imitetur Deiparâ sedulo; omnia Domini ies verba, resque illius gestas penitissimo pectore conservevit; præsepe, flagra, columnam, spinas, clavos, lanceæ, crucem, spongiam, sepulchrum, simul & labores, cruciatus, probra, ignominias, ludibria, mortem, cum immensâ majestate, gloriâ, divinitate conferamus. Et quælo simul etiam amorem illius ardentissimû, cum nostris amaris hieme, submissione illius cum nostrâ superbiâ, temperantiam illius cum gulâ nostrâ, castimoniam illius cum luxuriâ nostrâ, ipsius mansuetudinem cum nostrâ iracundiâ ad trutinam justam appendamus, & quasi arena maris ista gravidè apparebit.

§. IV. De officii beatissimæ Matris circa natum filium.

ET pannis (ait Lucas) cum involvit. Dubium nullum est, quin omne veræ matris officii summâ curâ, voluntate pronissimâ, affectu maximo sit excuta, quæ se ancillam etiam huius Domini coram Angelo profectâ est. Neque enim minis manu, quàm ore ac corde obsequiosa fuisse censenda est.

Equisfando satis explicet, quo studio, quòve animi sensu Puerum hunc divinû brachiis gestarit, fasciis ligarit, solverit, pectori admovertit, labra labris junxerit, castissima oscula fixerit, virgineo lacte paverit, nec quidquam officii materni pretermiserit. Non ignobilis hoc ævo scriptor censet, Christû præ omnibus ceterarù gentium diis adorandum, si hoc unum privilegium spectetur, quòd lacte virgineo sit nutritus. Virgineum lac multò quàm pretiosissimum. Nullum enim quod vocant potabile aurum, non aqua vitæ gemmea, nullum illi necesse conferendum. Quis Principum, quis Regum aut Cæsarium lac virginis bibit? Solum humilitatis Magister Christus virgineo lacte pascitur. Lætabunda canit Ecclesia: Salvatorè saeculorum ipsum Regem Angelorù, sola Virgo lactabat ubere de cælo pleno. Hinc ab Hebræâ muliere, quæ publicè succlamabatur illustrissimum illud elogium: Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ suscipit.

Ne miremur hinc infanti Christo palmulam utramque à Matre fasciis ligatam. Prisco ævo iratus Deus utraq; manu feriebat noxios. Ægyptum certè plagis ac suppliciis decemplecibus percussit, utraq; præfèctò manus ad inferendos idus fuerat composita, fenserunt decem ferientis digitos Ægyptii. Ipsimet hoc fasti, Digitus Dei, inquit, est hinc. Deinde Virgo puer-

pera has filii manus clavis olim figendas jam pannis ligavit, ut eas velut affuefaceret ad perferenda clavorum vincula, quæ postulissent pannorum.

Neque hinc illud omittendum. Non tantum Mater felicissima, filio hæc præstitit obsequia, sed & sola præstitit, idque sine ancillarum ope ac ministerio. Verè & Mater, & ut ipsa vaticinata est, Ancilla Domini. Beatus Hieronymus adversus Heluidium, Nulla, inquit, ibi obsterrix, nulla muliercularum sollicitudo intercessit; ipsa panis involvit, ipsa & mater & obsterrix fuit. a Hæc manus Virginis, hæc brachia, Monarchâ mundi gestarunt, laverunt, fasciarunt. b Hinc prisce Patres Virginis fecunda brachia vocant, thronum Regium, gloriosum, sanctum, Cherubicum, solum dignum quo Sanctus Sanctorum gestaretur in terrâ.

b Apud Iaponios recens nati deferuntur, curâ etiâ regente, ad flumen

§. V. De beati Iosephi actionibus circa Christum natum, & de eiusdem gaudio.

Iosepho Servatoris nutritori, ter minimum spectandos sese Angeli exhibuerunt. Iosephum Deus ipse iustum appellavit Matthæi calamo: Ioseph autem cum esset iustus. Huic igitur viro longè hæc illis summius mundi thesaurum Pater celestis cõmiserat servandum. Quo quidem modo æternus Pater, patris nomen cum illo cõmunicavit, qui non tantum nomen, sed & affectum, sollicitudinem, auctoritatem patris participavit, tamquam si Christum adoptasset in filiu. Ita hic Christi nutritor Apostolis quidem inferior fuit officio & munere, non tamen sanctimoniam & conjunctionem cum Christo. Nec improbabile est majorem illum gratiam assecutum quàm Ioannè Baptistam, quia excellentius quàm ille munus videtur habuisse, atq; majorem in amore crescenti opportunitatem ex assiduo Christi contubernio. Atque hinc affirmare possumus, Iosephum fuisse integerrimum & eximia sanctitatis virum. Deus enim gratiam cõferit accommodatam muneri quod assignat; at Iosephi munus fuit excellentissimum. Hinc ille tam promptè obedivit, tam sine hesitatione credidit, tam prudenter & integrè omnia perfecit.

Actiones Iosephi circa Christum natum variæ fuerunt, & sine dubio summâ sedulitate, fide, curâ, amore obitæ, prout tempus, locus res ipsa postebant.

Dixerat Iosepho Angelus: Ioseph, fili David, noli time- re accipere Mariam conjugem tuam; quod enim in eâ natum est, de Spiritu sancto est. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius IESUS. Adverte, mi Ioseph, & tui muneris dignitatem cogita. Deus, per quem nec ales esurit, qui dat jumentis escam ipsorum, & pullis corporum invocantibus eum, qui producit in montibus fœnum, & herbam servituti hominum: qui Danielem in lacu leonù nutrit, qui aperit manum suam, & implet omne animal benedictione: qui dat omnibus affluenter, ille ipse Deus, in quem desiderant Angeli prospicere, factus homo tibi vult subdi, & à te nutriti ut filius, tu ei tutor & defensor, tu imò pater eris. Dixit hinc Iosephus: Si hæc à Spiritu sancto divinitus aguntur, quid meis opus est curis? Nil horum objecit. Cum ei verò Angelus imperaret, Surge & accipe Puerum & Matrem eius, & fuge in Ægyptum; hic Iosephus, quod Chrylostomus observat, nihil interposuit ejusmodi querelarum: Res ista incerta prorsus & ambigua est. Tu paucis antè mensibus dicebas: Salvabit populu suum. Iam neque seipsum quidem periculis potest subducere, sed fuga nobis necessana & commigratio in longinquas terras. Contraria sunt promissis facta. Nil istorum penitus opposuit. Vir enim erat fidelissimus, qui ministerium, laborem, industrias, & omnem quam potuit prædientiam modicæ huic familiæ paratissimus exhibuit, verus defensor, providus pater, sollicitus nutritor.

Lut. c. 7. vers. 38. a Tulerunt & set Christio sine Mariæ operâ per uterum egres- so, umblica- rem nervum ab ipsâ Virgine abscis- sivo.

Iosepho ter Angeli sese spectâ- dos exhibuerunt. Matth. c. 1. vers. 19. Eius excel- lencia. Vide Franc. Suarez. 10. 2. in part. 3. D. Thon. disp. 8. sect. 1. c. 2. Quis de huius Divi patrocinio & sanctimoniam feriat S. Teresa, do- cet vira- liu c. 6.

Angolorù cantus pastorù cursus, & narratio de eis, quæ viderant, & audierant letissimam. Maria autè conservabat omnia verba hæc cõferens in corde suo.

Tubricius de Malveniâ in speculo Principum, part. 1. c. 9. min. p. 68. Die Christi circumcisi, Notian. 3. Kap. 2. Luc. c. 1. vers. 27.

Nicolaus
Liramus, &
Magister hi-
st. varum.

Is. c. 58. v. 7.
Vide Petrus
Morales in
c. 1. Matth.
l. 5. tract. 2.
n. 17. & 18.
mibi p. 84. v. 9.
ubi de sacer-
dotibus illis
amplius pro
testimonio
dicit.

Idem Petrus
Morales in
c. 1. Matth.
l. 5. tract. 11.
nu. 28. mibi
pag. 990.

Iosephi
gaudium
vifo in car-
ne Deo
fuit maxi-
mum.

Is. c. 5. v. 10.

Ajunt Iosephum arte fabrilis ligneum praelepe in-
cunas & lectulum Christo puero aptasse. Eodem jam
fasciis ligato suam etiam vestem in tegumen suavis-
simo affectu praebuisse. At vero Matrem de capite
velum detraxisse Puero magis fovendo. Virgo bea-
tissima, quam illud fideliter servasti. Cum videris mu-
ltum operi enim, & carnem tuam ne displiceret? Sunt por-
ro qui graviter testentur, tam Iosephi vestem, quam
velum Virginis eximio huic usui consecratum, Ro-
mae in in beata Anastasia templo assevari. Testi-
monia ego more meo margini commendo.

Iosephus igitur hunc filium suum in sudore vul-
tus sui, & in labore manuum suarum semper aluit,
individuis ei comes in omni peregrinatione adfuit,
amore tam naturali quam acquisito, et Theologi
loquuntur, & supernaturali eximie amavit. Hinc
Theologorum aliqui censent, Iosephum cum Chri-
sto rediivo ceterisq; Sanctis in vitam pariter redi-
isse: cum eodem in comitatu ac societate illorum,
qui Christo moriente revixerant; abiisse in caelum;
& Christo & Christi Matre proximum obtinere lo-
cum.

Sed nec inter mortales sua illi defuit beatitudo.
In rebus etiam turbidissimis, in paupertate arctissi-
ma gaudendi fontem habuit largissimum.

Gaudium illius viso in carne Deo quis ambigit
fuisse maximum, varietate auctum e Pastorum ac-
cursu & narratione, ex Regum adventu & munifica-
tione. Nec dubium quin ille haec omnia, uti
Virgo desponsata, in corde suo servavit & contule-
rit, atque inde miram hauserit voluptatem. Huic vi-
ro examumissim conveniebat voluptabilis ille nuntius:

Dicite iusto, quoniam bene.

C A P U T V.

De obsequiis Christo nato delatis.

DE Virginis Matris & nutritii Iosephi obsequiis
Christo Nato delatis, superiori capite dictum.
Nec tamen defuerunt alia, quae Christo deferreban-
tur obsequia ab Angelis, a Pastoribus, ad ipsos Side-
ribus, de quibus agendum.

§. I.

Baruch c. 3.
v. 34. & 39.

Isa. c. 60.
vers. 26.

Matth. c. 2.
vers. 2.
Cur stella
quae appar-
uit Magis
vocalur
stella Do-
mini.

Amb. tom 5.
Hom. 16. de
Natal. Dom.
mibi p. 796.

Hebraeus vates Baruch pervigiles fiderum excu-
bias admiratus, stella, inquit, dederunt lumen in
custodis suis & lacatae sunt, vocatae sunt, & dixerunt, Adsu-
mus; & luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas. Hic est
Deus noster. & non estimabitur alius adversus eum. Post haec
in terris visus est & cum hominibus conversatus est. Lucu-
lentum testimonium de Spectando inter homines
Deo. His Isaias accinens, Et erit lux luna inquit, sicut
lux solis, & lux solis erit septemplex, sicut lux septem die-
rum in die, qua alligaverit vulnus populi sui. & percussu-
ram plagam eius sanaverit. Verè alligatum est vulnus no-
strum cum in gramineis cunis ligari se passus est
Deus.

Et certè quamprimum Dominus Iesus sol novus
in stabulo illuxit, nova etiam stella in caelo praeful-
sit. Vidimus ajunt Magi, stellam ejus in Oriente. Ad quae
beatus Maximus, Bene, inquit, stella ejus dicitur. quia
quamvis omnes ab eo creatae, stella ipsius sunt, haec tamen pro-
priae Christi erat quae specialiter ejus nuntiabat adventum. Et
ceterae quidem factae sunt stellae, ut mundi ipsius tempora cur-
susq; distinguerent: haec verò prodire jussa est, ut ipsum mun-
di Dominum, & regni caelestis adesse tempus ostenderet. Hoc
officii sol ipse suis avulsus sedibus, si fieri potuisset,
non gravatè praestitisset.

Ambrosius solem sacra nocte illà, & liberalius re-
tulisse non obscure asserit, & in eam sententiam illa

Pauli verba recitat: *Vt per ipsum vestiret omnia sive quae in caelo sunt, sive quae in terra sunt.* Subjungit: *Benim obscuratur sol cum Christus patitur, necesse est illum splendidius solis lu-
cere cum nascitur.* Et si Iudas morte operantibus offundit te-
nebras, cur non Maria parturienti Vita, exhibeat claritatem?
Aut quare non credamus, quod nascente Christo sol ad obsequium
lucidior adveniret, cum Magos ad indicium clarior stella praes-
cesserit? Quod autem hic ipse sol ea nocte ad ortum
properaverit, his ostendens rationibus, si stella, in-
quit, per diem alieni temporis officium ministravit, cur non
credamus, quod sol quoque nocturnis horis aliquantulum ma-
turior advenit decesserit? *Suscepit ad Iesus Nave orationem
defecit stetit in die, cur non ad Christi nativitatem festinus
promoveret in nocte?* Ex quo denique factum puto, ut nox
decesseret, dum sol festinus ob Dominicæ nativitatis obsequium,
ante lucem mando proculis; quam nox cursum sui temporis
consummavit. Sol igitur praeter consuetudinem in hac festivi-
tate maturius illuxit. *Quia potius ipsam noctem non susce-
pisset, nec aliquid obscuritatis habuisse, in qua pastores per-
vigilant, Angeli exultant, astra deserviunt. Nec mirari de-
bemus, quod in nativitate Christi nova omnia facta
sunt, cum novum hoc ipsum fuerit, quod Virgo
peperit. Iure sol obsequitur, stella famulatur.*

§. II. De Pastoribus, eorumque hu-
mili condicione.

Beatus Lucas natalem hanc laetitiam accuratè co-
memorans, Pastores, ait, erant in regione eadem, vi-
gilantes & custodientes vigiliam noctis super gregem suum.
Tres numero fuisse pastores, communis fert opinio.
Hi gregem suum custodiendum non procul Bethlehem
ad turrim Eder, qui ab oppido Bethlehemo mille
passibus distabat; ubi Iacob suos greges paverat.

Moris erat apud praecios illos opihones, noctem in
vigiliis quaternas dividere, & gregem vicissim cu-
stodire, onere, ut fit, in plures partito. Quod ea ip-
sa nocte, qua Christus natus, factum esse credibile
nobis est.

Porrò de turri hac Eder, Michæa dictum complu-
res accipiunt: *Et tu turris gregis nebulosa filia Sion, usque
ad te veniet; & veniet potestas propria, regnum filiae Hierusa-
lem.* Nunc quare mare contraheris, numquid non rex est
tibi? Chaldaeus interpres Christum ipsum hac turri
adumbratum ait, qui stans in terrâ caelum attinge-
bat. Nebulosa dici poterat turris illa, quia Hebraeis
certè abscondita: *Posuit Deus tenebras latibulum suum.*

Erant igitur pastores in eadem (Nascentis Christi
regione vigilantes. His verbis lucem mysticam affun-
dens Ambrosius, Videre, inquit, Ecclesia surgens exor-
ditium. Christus nascitur, & Pastores vigilare ceperunt, qui
gentium greges, pecudum more antea viventes, in caulam
Domini congregarent. Grex igitur, populus est; nox, secu-
lum; pastores, sunt Sacerdotes. Aut fortasse etiam ille sit pa-
stor, cui dicitur: *Esto vigilans & confirma.* Quia non solum
Episcopos ad tuendum gregem Dominus ordinavit, sed etiam
Angelos destinavit. Quod beatus Gregorius confirmans
illi, ait, praeter ceteris sublimia videre merentur, qui fidelibus
solicite praesunt. Et Beda, Bene, inquit, pastores vigilant
nato eo qui est pastor bonus, qui relictis nonaginta novem
ovibus, per hoc desertum unicam quaesivit oviculam, quam
propria carne pastam in verum ovile reduceret.

Illud singulariùs observandum: Erant in regione
eadem; in eodem mundi contemptu, in eadem vita
asperitate, in eadem ovium charitate. Sunt qui non
minus vigilent, sed non in regione eadem, quia vi-
gilant in regione daemonis, uti sunt luxores, ebriosi,
comestatores, fures, latrones, potatores, lenones,
gambiones, & hoc genus hominum. Hi quidè vigilant,
sed non ad Socraticas aut Stagiraas chartas, ve-
rum ad fabulas, ad chartulas pictas, ad folia cordis
noxae, glandis, frondis, vigilant, sed ad abacum & fritillam.